

hiis lachis dinoscitur. A rivulo Lutinbach per cacumen montis Lutinberg usque ad vallem Hazechingruobe, inde ad Grunenhasala sursumque per ascensum eius asque ad ortum, inde per directum Hassisneitay usque ad Eychyneberg, inde ad Snebach, inde ad Ellinberchdisrot sicque per dorsum montis Ebenberg in Steizbach iuxta villulam Heinrichs. Cuius donacioni nos quoque concessionis nostre libertatem superaddentes regali auctoritate 5 decernentes sancimus, ut nullo^{a)} omnino liceat homini prenotatum temere perturbare locum aut ei collatas possessiones auferre, sed, quidquid hodie deo illic servientes possident sive in crastinum oblacione fidelium adipisci poterunt, quiete et absque ullius fatigacione iugiter perfruantur. Et ut hec nostre donacionis auctoritas rata et inconvulsa omni tempore permaneat veriusque ab universis semper credatur, hanc testimonii cartam inde conscriptam 10 manuque propria corroboratam^{b)} sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domini Heinrichi IIIⁱⁱ imperatoris augusti invictissimi.

Adalbertus cancellarius vice Moguntine ecclesie, que nunc archicancellariatum tenet, recognovi.

Data vii. kalend. septemb. anno dominice incarnationis m^cxi, indictione IIIⁱⁱ, anno 15 domini Heinrichi IIIⁱⁱ imperatoris imperii primo, regni autem vii; actum Wormacie; feliciter.

30.

Kaiser Heinrich V. bestätigt einen Gütertausch des Klosters Reinhardsbrunn. — Intervenient: Graf Ludwig.

Worms, 1111 Aug. 27.

Hdschr.: Fälschung, Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 13 (A) und 14 (B). Phot. H. St. A.

20

Gedr.: Naudé, Die Fälschung der ält. Reinh. Urkunden 117. Stumpf 3074 und 3075.

A.

B.

(C.) : In nomine summae et individuae trinitatis. Henricus divina annuente clementia Romanorum imperator augustus. : | Notum esse volumus omnibus tam futuri quam praesentis temporis fidelibus, qualiter nos petitione Ernesti venerabilis abbatis Reginherisbrunnensis cenobii | et Luodouuico comite interveniente locum, qui dicitur Steinfirst, suo monasterio in proprietatem con- cambio quodam acquisitum erga Hartvvi- gum | Hersfeldensem abbatem per manum Sizonis comitis sui advocati tribus videlicet mansis et dimidio in villa Merchesliebe dicta,

25

Ludouuico^{a)} |
praedium, quod 30

Sizonis | comitis advocati sui duobus^{b)}

35

29^a. a) sic. b) corroborata.

30. a) Das Freigelassene stimmt wörtlich mit A überein. b) Auf Rasur. Ursprünglich wohl tribus.